Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

inficit. distare perpetitur. sed videlicet vocem in-
lentis et mox impletur. illa vero per multa
tempora intervalla aliquotiens perficitur.
Crisostomus. Igitur mirabile quidem est.
Que autem sequuntur multo maiora erunt.
Nam in initio quidem nullo molestante
suaderi non ita mirabile est. sicut quod post insa-
nientibus iudeis et accusantibus christo obedi-
vit. ut ostendit evangelista convenienter
dicens. Erat autem sabbatum in illo die. Dice-
bant ergo iudei illi qui sanus fuerat factus. Sab-
batum est non licet tibi tollere grabatum tuum. Augustinus. Non
calumpniabantur domino quod sanum fecerat
sabbato. quia eis respondere possit. quia si cuius
quam eorum iumentum in puteum cecidisset.
utique die sabbati erueret illud et saluaret.
Sed qui portabat grabatum suum. quasi dicerent.
Si sanitas non erat differenda. numquid et opus
fuerat imperandum. Sed et ille auctorem sani-
tatis sue obiciebat calumpniatoribus.
Unde sequitur. Respondit eis. Qui me sanum
fecit. ille michi dixit. tolle grabatum tuum et ambula.
Quasi diceret. Quare non acciperem iussionem a quo
acceperam sanitatem. Crisostomus. Nimi-
rum si malignari vellet. poterat dicere.
Si crimen est. accusate eum qui iussit.
et deponam lectulum. Sed et curationem
utique occultasset. Etenim sciebat ita
non eos esse morsos ex sabbati solutione.
sicut ex infirmitatis sanatione. Sed neque
hoc occultavit. neque veniam petiit. sed
clara voce beneficium confessus est. In vero
magis interrogaverunt. Unde subditur. Inter-
rogaverunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi
tolle grabatum tuum et ambula. Non dicunt quis est
qui fecit te sanum. sed in medium in-
ducunt id quod transgressio estimabatur.
Sequitur. Is autem qui sanus fuerat effectus
nesciebat quis esset. Ihesus autem declinavit a turba constituta
in loco. Et primum quidem ut eo absen-
te testimonium insuspicabile fieret. Qui
enim adeptus fuerat sanitatem. ydone-

us erat beneficii testis. Deinde ut non plus fa-
ceret furorem eorum accendi. Solus enim
visus eius cui invidetur non parvam in
invidentibus immittit scintillam. Ipsa dis-
cedens permisit ab ipsum sibi factum examin-
nari. Quidam estimant hunc paraliticum
esse eum qui in matheo positus est. sed non
est. Ille enim multos habebat sui curam habentes
et eum ferentes. hic autem nullum. Sed et lo-
cus vicinorum quia diversus est. Augustinus. Siquidem
mediocri corde et humano ingenio con-
sideremus hominem miraculum facientem. quod ad po-
testatem pertinet. non magnum aliquid fecit.
et quod ad benignitatem parvum fecit.
Tot iacebant et unus curatus est. cum posset
uno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligen-
dum est. nisi quia potestas illa et bonitas
magis agebat quid anime in factis eius
pro salute sempiterna intelligerent. quam quid
pro temporali salute corporis mererentur.
Illa enim factis quoque temporalibus sanatum
est in membris mortalibus. in fine defecit.
anima que credidit. ad vitam etiam tran-
situm fecit. Piscina illa et aqua illa. ipsum
michi videtur significasse iudeorum. Significantur
enim populi nomine aquarum. ut apte nobis
indicat apocalipsis iohannis. Beda. Quam
piscina preclarissima fuisse describitur. Ille enim
populus ovis nomine designatur. secundum illud
psalmi. Nos populus tuus et oves gregis
tui. Augustinus. Aqua ergo illa. id est populus ille.
quinque libris moysi tamquam quinque porticibus
claudebatur. Sed illi libri prodebant langui-
dos. non sanabant. Lex enim peccatores con-
vincebat. non absolvebat. Beda. Denique
multa genera languentium in eadem ia-
cuerunt. ceci. scilicet qui scientie lumine carent.
claudi. qui ad ea que iubentur implenda
vires non habent. aridi. qui spe dilectio-
nis pinguedine carent. Augustinus. Venit
autem christus ad populum iudeorum. et faciendo in-
magna. docendo utilia. turbavit peccatores